

24
 deretur: & huiusmodi deo audie-
 rant. nec a prophetis didicerant.
 agnoscerent eum. Illi uero qui coti-
 dianis meditationibus euane-
 rant. ignorarent; Ecce enim per
 uos nunc qui praesentes estis. & de-
 sideratis audire doctrinam fidei
 eius. & agnoscere. quis & quomodo
 & qualis sit eius aduentus. prophe-
 tica ueritas adimplatur; Hoc est
 enim quod praedixerant prophe-
 tae. quia a uobis quaerendus esset.
 qui deo numquam audistis. Et
 ideo uidentes in uobis ipsius prophe-
 tica dicta compleri. Hinc uiri recte
 credentes. hunc recte expectatis.
 De hoc recte inquiratis. ut non so-
 lum expectatis eum. sed & heredi-
 tatem regni eius. credentes conse-
 quamini. secundum quod ipse dixit.
 Quia unus quisque illius sit seruus.
 cui se ipse subiecerit; Propterea
 ergo uigilate. & dominum dominique nostrum
 uobis conscribite dominum. qui & caeli
 ac terrae dominus est. & ad ipsius uos
 imaginem ac similitudinem re-
 formate. Sicut ipse uerus prophe-

ta. docet dicens. Estote boni & mi-
 sericordes. sicut & pater uester
 caelestis misericors est. Qui oriri
 facit solem suum super bonos &
 malos. & pluit super iustos & in-
 iustos. Hunc ergo imitami. &
 huc time. & sicut mandatum
 datur hominibus. Dominum dominum tuum
 timebis. & illi soli serues; Infide-
 libus quidem dormit dominus. & ab-
 sens habetur eis. a quibus esse non
 creditur. & mandata eius non obe-
 diunt. atque odibilis uidetur. qua-
 si dormire dominus. quia pro peccatis
 suis non exaudiuntur; Quia propter
 cunctis fidelibus. & summo pere-
 omnibus presbiteris & diaconibus. ac
 reliquis clericis attendendum est.
 ut nihil absque episcopi propria licen-
 tia agant. Non utique missas. sine
 eius iussu quisquam presbiter ex
 in sua parrochia agat. non bapti-
 za. nec quisquam absque eius per-
 missu faciat; Similiter & reliqui
 populi. maiores scilicet & minores.
 per eius licentiam. quicquid agen-
 dum est. agant. nec sine eius per-